



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

Quo tempore, Sophia tertij Ottonis soror, in
Gandersheim abbatiss a, benedictionem acce-
pit ab Augustino archiepiscopo, contemnens Hildese-
mensem suum pontificem, qui non dissimulās injuriam
perfecit, vt Henrico Imperatore interueniente, Hilde-
semensem suum agnosceret. Per eadem tempora Bern-
hardus dux Saxonie, cūm ad multa sibi obsecundantē
haberet principem & scandalarum Mistiwoi, qui & in
rebellione in Cæsarem, & in expeditione Italica cum
Cæsare forti agmine sequutus est ducem, vt copijs il-
lius ad prima semper signa pugnantibus paratiſsimis
vbiq̄e vteretur: adeo se duci fecit &andalus commen-
datum, vt illi cognatam suam, &, vt alij afferunt, ger-
manam suam desponderet. Vbi verò expectabat iam
propinquas nuptias, Tiadericus marchio rem interturb-
bat, indignum afferens nobilem puellam cani permitte-
re coniugem. Vbi cognouit Mistiwoi: Ergo, inquit, ca-
næ sumus? Ea præmia laborum retulimus? Si ergo ca-
næ sumus, rabiem exercebimus. Igitur excitata per-
sequitione, à fide Christi pariter & ducis &andalii re-
cesserunt: magnam stragem in Christianum populum
peregerunt. LX. tum presbyteri in Aldenburgo ludi-
brio sunt habiti, quod in &andalia pleniū diximus:
Hamburgum cum incolis excisum: Benno pontifex vix
elabitur. Marchio Brandenburgensis omni prouincia
exturbatur: ad præbendam in Magdeburgo inde vi-
citabat. Dux Bernhardus arma contrahit in gentem
rebellem: Imperator mittit suppetias: Congressi ma-
gno prælio decertant: Cadit Mistiwoi, & ad pristinam
rediguntur &andalii tributorum persolutionem: Chri-
sti tamen religionem ex illo die in annos LXXX. non

R 5 sincerè

sincerè coluerunt, magis ac magis quotidie defluenter.
Nec longum tempus in medio, cum Henricus Imperator
& Robertus rex Francorum, ambo religione & multi-
plici virtute insignes, & omnium seculorū magnis prin-
cipibus, si non anteferendi, tamen comparandi, apud E-
nosum super Karum flumen ad colloquium conueni-
runt, de statu ecclesiae, regni, & Imperij tractaturi. &
condictio super his quæ inter illos conuenerant con-
mandis, etiam Papam ambo Papiæ præfinito loco des-
pèr alloquerentur: Id q[uod] placitum impletur. Imperator
regem, & ex illius comitatu plurimos, qui tātum ad do-
mirandam utriusq[ue] principis curiam aduenerant, tam
liberalitate donat, ut opibus Persicis aut Arabicis posse
comparari.

CAP V T XXXV.

Celebrem deinde Henricus Imperator in Germu-
nia conuentum egit principum & episcoporum
quo multa salubriter sunt constituta, indicta principi-
bus solenni eleemosyna, sacerdotibus Missa, populo uen-
nia, ut Deus illi seculo misericordiam impenderet. Tam
sanctorum Iohannis Baptiste & Laurentij per Chris-
tianismum sunt suscepta ieunia. Aderat huic cœtu can-
multis alijs religione præcipuis viris, sanctus Bernhardus
Hildesemensis episcopus. Hunc ergo Henricum Im-
peratorem scriptores multis efferunt laudibus, quod op-
imus Christianissimus q[uod] princeps cum Cunegunda uxori
virginitatem seruauerit: tradunt q[uod] Henricum & con-
iugem post obitum miraculis coruscasse. Ab ipsis prin-
cipibus ecclesiam sanctæ Trinitatis, quæ nunc iuxta urbem
Florētiæ mania arduo in colle speciosissima visitur, adi-
ficatam fuisse prædicant. Vetusta urbs Fesulana hoc
tempore à Florentinis capta, magnum Florentie splen-
dori